

A-5  
-----  
122 a


# CHARTREUSE de LEWELD

✻ Vâl-Saint-Michel ✻

( PROVINCE D'ALLEMAGNE SUPÉRIEURE )



*Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN*




Cartusia Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Levl. 1364. —

(le v. Jos. caput in no volumine msc) provinciarum, Alemannie pag. 331 et 332. )

Cartusia Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Levl in Hungaria circa annum, 1364 constructa unius leucae spatii versus occidens, ab oppido Granditans, ab inimicit ecclesie Turcis destructa. Quo quidem anno 1364 preces per totum, editae sunt pro Ludovico Rege Hungariae Fundatore. —

Catalogus omnium Priorum et quorundam officialium cartusie Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Levl a sua fundatione 1350, collectus ex cartis Capituli nostri generalis. —



D. Stanislaus prior S<sup>ti</sup> Vallis S<sup>ti</sup>  
Michaelis ob it 1383. —

D. . . . . prior S<sup>ti</sup> Vallis S<sup>ti</sup>  
Michaelis in Levl ob it 1384. —

D. Petrus prior S<sup>ti</sup> Michaelis  
Hungaria ob it 1405. —

D. . . . . prior S<sup>ti</sup> Vallis S<sup>ti</sup>  
Michaelis ob it 1410. —

D. Stephanus prior S. P. allis the  
Michaelis q. uodam, - (42). -

D. Joannes the ingothayn prof<sup>us</sup> the  
B. M. qui fuit prior in Plethach et the Michaelis  
in Carl ob it 1464. -

D. Leonardus prof<sup>us</sup> S. P. allis comi-  
-un, H. in qua manebat ob it 1462 olim prior  
S. P. allis the Michaelis in Hungaria, ultimo  
P. allis Jo. com. -

D. Stephanus prof<sup>us</sup> et alias prior  
S. the Michaelis in Hungaria ob it 1462.

D. Paulus prof<sup>us</sup> S. P. allis auxili-  
olim prior S. P. allis the Michaelis ob it 1458.

D. Michael prior S. P. allis the Mi-  
-chaelis in Carl ob it 1462, alias prior S. P. allis  
Auxilli in Carhan

D. Sigismundus prior ob it  
1467. -

D. Joannes prior P. allis the Mi-  
-chaelis in Carl ob it 1468. -

11

D. Gregorius 3<sup>us</sup> prof<sup>us</sup> et alias  
prior D- Vallis s<sup>cti</sup> Michaelis in Lerold obit 1501.  
D. Joannes Verde prof<sup>us</sup> et alias vic. et procurator D.

D. Emericus prior D- in Lerold obit  
1510, alias prior D- in Larkas.

D. Georgius prior D- in Larkas, obiit  
1515, 16 dec. habens annos. prof. alias prior  
D- in Lerold. —

D. Stephanus prof<sup>us</sup> et vic. D- in  
Lerold obit 1529, alias ibidem prior. —

D. Mathias Rector et olim prior  
D- Leroldensis ac comissionarius pro Alemannia  
superioris obit 7 dec. 1536, habens plenum  
monach. etc. . . .

D. Michael quondam prior D-  
in Lerold obit 1547. — (Hactenus D. Jos.  
capus - 25 April 1897. —). —

## Liste des Prieurs

d'après les dates des actes.

(Péter Németh. Données pour l'histoire des chartreuses de Hongrie. Veszprém, 1964).  
dactylographié. pg. 17. 6. A. 13

XIV <sup>e</sup> siècle :	1361 - 1369	Jean
	1376	Stanislas
	1388 - 1390	Michel
XV <sup>e</sup> siècle :	1400 - 1402	Pierre
	1408 - 1409	Jean
	1410	Thomas
	1421	Jean
	1429	Augustin
	1429	Pierre
	1448	Sylvestre
	1452 - 1459	Michel
	1463 - 1466	Sigismond
	1477	Séraphin
	1487 - 1495	Grégoire
XVI <sup>e</sup> siècle :	1515	Etienne
	1542 - 1550	Pierre
	1554 - 1557	Ladislas

Jean (1361-1359)  
Stanilas + 1383 (1376)  
... + 1384

Stanilas (1386) + 1383  
... 1383 + 1384

~~Thierry + 1395~~  
Michel (1388-1390)  
Thierry + 1395  
Pierre + 1405 (1400-1402)

Jean ~~Thomas~~ + 1410 (1408-1409) ~~+ 1410~~

Jean Thomas (1410)  
Jean (1421)  
Augustin (1429)  
Pierre (1425)

[Pierre] + 1442  
[Eugene] ~~leont~~

[Eugene] + 1442  
[Jean M] + 1444  
Sylvester # (1448)

[Martin Rex] + 1452  
[Paul] + 1453  
Michel # (1452-1459)

? ~~Sylvester~~ + 1456  
Michel + 1452


Sigismund + 1467 (1463-1466)  
Jean + 1468  
Seraphin (1477)  
Gregoire + 1481 (1487-1495)

Emerik + 1510  
[Georges] + 1516 ~~1515~~  
Etienne [1489] (1515)

Rech. mod. Pa. [Mathias] + 1537 (1536)  
Pierre (1542-1550)

[Michel] + 1547  
Pierre + 1553  
Ladisko (1554-1557)

Pierre (1542) + 1553  
Ladisko 1553 - 15...



1

Cartusia Vallis S. Michaelis (Leveld)

---

Fejer Georg. - Codex Diplom. Hungariae (Budae  
1829 et seq.)


tom. IX<sup>5</sup> p. 239, n. 113.

— 1378, 15. Kal april.

an. Ch. 1378. Ludovicus Rex Hungariae claustrum  
S. Michaelis de Leveld pro Fratibus Carthusianis libe-  
raliter fundat.

Ludovicus Dei gratia Hungariae, Poloniae,  
Dalmatiae, Croatiae, Thamae, Serviae, Galliciae,  
Ladomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex, prin-  
ceps Salernitanus et honoris montis sancti An-  
geli Dominus. Omnibus Christi fidelibus praesen-  
tibus pariter et futuris, praesentium notitiam  
habituus, salutem in omnium Salvatore sempiter-  
nam. Splendens lumine et ineffabili praeditus  
maiestate Patris aeterni filius, Dominus Jesus  
Christus, qui est lux vera, et omnem hominem  
venientem in hunc mundum illuminat, sacrum  
Carthusianum ordinem, lucernam charitatis ar-  
dentem, et lumen doctrinae fulgore praecandidum  
in templo universitatis [sic] ecclesiae accendens, ut  
omnibus longe lateque refulgeat, super caudela-  
brum eminentis religionis erexit. Huius ordinis  
incliti professores, qui illum re profitentur et  
nomine, non indigne lucernae describuntur of-  
ficio et luminis intitulatione recensentur: ipsi  
namque sunt, per quos praecedit ante omnia ti-  
mor Domini cum innocencia vitae, puritate

2




concordans, lumen caritate veritatis ostendunt, ex infirmitate culpae alios orando relevare conantur, tanto procul dubio efficaciores preces fundentes ad Dominum, quanto per sanctitatem vitae ac conscientiae puritatem gratiores in illius, quem orant, conspectu redduntur, quorum suffragia eo instantius, eo humiliter affectamus, quo illa nobis amplius necessaria ex nostrorum consideratione defectuum, ac instantium periculorum multiplicatione fatemur, ascendit enim fumus aromatum in conspectum nostrae considerationis de ipsorum fama laudabili, meritis Deo placitis et actibus virtuosis. Unde zelo devotionis ipsorum velut igne accensi ad nostrae salutem animae oculos mentis convertentes, habita exinde deliberatione praematura, monasterium seu claustrum pro dicto sacro ordine Charthusiensi, quem a Sede Apostolica inter ceteros ordines singulariter et specialiter privilegiatum novimus ac multipliciter commendatum, in quadam valle seu loco iuxta oppidum nostrum Leuveld vocatum, Comitatus Wesprimiensis, Thirgoniensis diocesis, erigere et locare praecipue fundavimus Deo auxiliante consummando et dotando in honorem beatissimi Michaelis Archangeli, praepositi Paradisi, qui animarum suscipiendarum a Domino accepit potestatem, pro eorum sancta congregatione et conventu, quem locum Vallem sancti Michaelis in nomine Domini appellamus, in quo loco seu claustro omnium Creatori et coelorum Reginae, matri

textus: ea.


Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible due to the quality of the scan. It appears to be organized into several paragraphs, with some lines starting with capital letters. The left margin contains a vertical line, possibly a binding edge or a margin line.

misericordiae, cuius obsequio quotidie deputati exi-  
 stunt, pro nostra et serenissimarum Principissarum  
 Dominarum utriusque Elisabeth, Genitricis et Consor-  
 tis, necnon puerorum nostrorum caris. salute  
 et prosperitate, ac olim excellen<sup>rum</sup> principum do-  
 minorum Caroli patris et Andreae, Ierusalem  
 et Siciliae regum, necnon Stephani ducis, fra-  
 trum nostrorum caris. felicium recordationum  
 animarum refrigerio et remedio spiritalis odo-  
 ramentis orationum plenas, placabiles offerant,  
 procul dubio, quae per ipsos iuste petita fue-  
 rint, ab ipsius genitricis piissimo filio eius  
 intercessionibus facilius impetrabuntur. Ut igitur  
 in eodem claustrum prior, duodecim monachi  
 sacerdotes, seu ad sacerdotium promovendi, necnon  
 duo clerici, quorum unus diaconus et alter  
 subdiaconus existant, coelibem vitam ducentes,  
 et eorum domestica familia, qua commoda  
 carere non possunt, valeat debito modo pro  
 vitae necessariis sustentari, in patrimonium  
 Crucifixi, ac pro eorum sustentatione quoddam  
 castrum nostrum Völghen vocatum, quod ob re-  
 lum devotionis nostrae diu fecimus et depo-  
 ni, cum villis videlicet Leuveld et Erdole-  
 velde (Erdöleveld) in Uesprimiensi, et Nyul  
 nuncupatis in Tauriensi, necnon unum op-  
 pidum nostrum prope lacum Platas (Balaton)  
 Kapolcha vocatum, in Zaladiensi comitatibus  
 existentes, item alias tres possessiones nostras  
 tavernicales Barbach, cum loca similiter Bar-  
 bach vocato, Sarkany, Kistfalud nuncupatis,




4

in Comitatu Soproniensi existentes necnon  
fluvio Napcha et piscaturis eiusdem ad prae-  
dictam possessionem Sarkan pertinente, simili-  
ter iure patronatus Ecclesiarum parochialium  
villarum et locorum supradictorum, ac cum omni-  
bus Jobbationibus, populis, colonis et incolis,  
montibus, vallibus, sylvis, nemoribus, terris  
cultis et incultis, campis, agris, pratis, curiis,  
praediis, fundis, aquis, piscinis, rivis, molen-  
dinis, pomoriis, vineis, iure montano, me-  
neribus, collectis, censibus, tributis, servitiis,  
ac alijs omnibus earum utilitatibus et utilita-  
tibus quarumlibet integritatibus et pertinentijs  
universis, sub eisdemque quibus nos et nostri  
castellani et officiales hactenus teneamus, conser-  
vamus et possidemus ab antiquo, novae nostrae  
donationis titulo et provisionis nostrae dono,  
dedimus, donavimus et contulimus dicto claustro  
sancti Michaelis fundationis nostrae praescri-  
ptae priori et fratribus Carthusianis, in eo-  
dem Deo iugiter et devote famulantibus,  
praesentibus et futuris iure perennali, irre-  
fragabiliter tenenda, utenda, conservanda et  
possidenda, imo damus, donamus, conferimus  
ac cum eisdem ipsam nostram novam fun-  
dationem dotamus in his scriptis; assumentes  
et fidenter promittentes, nostro et successorum  
nostrorum Regum nomine, eosdem priorem  
et fratres Ordinis Carthusiensis praesentes et fu-  
turos in praetactis oppidis, villis, possessionibus,  
terris ac in earum pertinentijs modo quo supra,



per nos ipsis ex praesenti nostra antidote peren-  
 naliter datis, et donatis semper pacifice et  
 quiete manuteneri, et contra quoslibet in  
 eisdem conservare, et ab omnibus inquietanti-  
 bus occasione praemissorum eos inquietare  
 praesumentibus protegere, expedire et per omnia  
 pollicemur defensare. Siqui vero quicquam  
 iuris et potestatis in praedictis oppidis et posses-  
 sionibus habent, vel se sperant habituros vo-  
 lumus ut tales eorum iura, quae in eisdem  
 praetendunt, non ab ipsis fratribus, sed a no-  
 bis nostrisque successoribus exequantur. Ut  
 autem haec nostra donatio et dotatio robor  
 obtineat perpetuae firmitatis, nec per quem-  
 piam temporis in eventu mortalium possit  
 revocari, praesentes eisdem concessimus litteras  
 nostras privilegiales pendentes et authentici si-  
 gilli nostri novi duplicis munimine roboratas.  
 Datum per manus ven.<sup>ty</sup> in Christo patris et domi-  
 ni, domini Demetrii episcopi Zagrabiensis, aulae  
 nostrae Cancellarii, dilecti nobis et fidelis, an-  
 no Domini MCCC.LXXVIII<sup>o</sup>, XV Kal. Aprilis, regni  
 autem nostri anno XXXVII<sup>o</sup> Ven.<sup>bul</sup> in Christo pa-  
 tribus et dominis Joanne Strigonien., locique  
 eiusdem comite perpetuo, fratre Stephano Colo-  
 censi, sacrae paginae Magistro, Petro Taden.  
 Hugolino Spalaten., et Hugone Ragusien., archie-  
 piscopis, Emerico Agricen., eodem Demetrio Za-  
 grabien., Gobliino Transylvan., Valentino Quin-  
 queecclesien., decretorum Doctore, Ladislao Vara-  
 dien., Gilberto Laurien., Petro Lesprimien., Paulo



Chanadien., Fratre Dominico Bosnen., Petro Vackien.,  
 Joanne Szirmien., F. Dominico Nitrien., Paulo  
 Cinnirien., Demetrio Nonen., Chryzologo Bra-  
 guriem., Mathaeo Sibiniceu., Stephano Faren.,  
 Jacobo Makaren., Thoma Korbavien., Michaelē  
 Scardon., et Portiva Tennien. Ecclesiarum Episcopis  
 ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Magnificis  
 viris Nicolao de Gara palatino regni nostri et  
 Judae Comarorum, Ladislao Vajvoda Transylvan.  
 comite Jacobo de Sopus iudice Curiae, et uni-  
 versarum civitatum nostrarum, Nicolao de  
 Zeech Croatiae, Petro Zudar, totius regni nostri  
 Slavoniae, et Joanne de Macho Banis, Georgio  
 Zudar Pincernarum, Stephano similiter Zudar  
 Janitorum, Petro de Lischou Dapiferorum, Stepha-  
 no Agaronum nostrorum magistris, honore Comi-  
 tatus Posonien. vacante, aliisque quam pluribus  
 regni nostri Comitatus tenentibus et honores."

{ Ex originali Hevenesi Coll. tom. 2. p. 169.  
 { Kaprinai A. tom. VIII. p. 144.

Fejer. tom. X<sup>o</sup> p. 575. n. 325. . . 1390. fer<sup>ta</sup> ante Dom. Laetare

{ An. Ch. 1390. Sigismundus Rex Hungariae possessione-  
 nem suam Karad. etc. cum possessione claustrii  
 B. M. Virginis de Leuveld, Barbach etc. cambiat.

Litterarum Regis Sigismundi unius quidem  
 patentis cambialis Budae feria quinta proxima  
 ante Dominicam Laetare Anno Domini MCCCXC.  
 et alterius vero privilegialis tenor declarabat:  
 quomodo idem Dominus noster Sigismundus Rex,  
 sana et matura una cum praelatis [sic] et

end: praelatis.

The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions. It emphasizes that every entry should be supported by a valid receipt or invoice. This ensures transparency and allows for easy verification of the data.

In the second section, the author details the various methods used to collect and analyze the data. This includes both primary and secondary data collection techniques. The analysis focuses on identifying trends and patterns over time, which is crucial for making informed decisions.

The third part of the report addresses the challenges faced during the data collection process. One major issue was the inconsistency in the quality of the data provided by different sources. To overcome this, the team implemented a series of checks and balances to ensure that only reliable information was used.

Finally, the document concludes with a series of recommendations for future data collection efforts. It suggests that regular communication with data providers is essential to maintain the accuracy and relevance of the information. Additionally, investing in more advanced data analysis tools could further enhance the insights derived from the data.

Baronibus suis deliberatione praehabita, quasdam  
 possessiones claustrum Beati Michaelis Archangeli  
 de Leweld, Barbach, Uri, cum lacu similiter  
 Barbach appellato, item Sarkak, hisfolud vo-  
 catas, in comitatu Symigiensi existentes, nec  
 non fluvio Napcha et piscaturis eiusdem ad  
 praedictam possessionem Sarkak (Sarkány?) perti-  
 nentes pro sua Maiestate placibiles a claustrum  
 M. Michaelis Archangeli de Leweld, nequon Priore  
 et fratribus in eodem claustrum Deo altissimo condi-  
 tori iugiter famulantibus, cum iure patronatus  
 Ecclesiae in dicta Barbach existentes, aliisque quibusvis  
 utilitatibus earum integritatibus ad suas  
 Regias manus applicasset, praeterbu quorum ipse  
 dominus Rex dictum claustrum, de consensu et bene-  
 placita voluntate dominae Mariae Reginae, con-  
 sortis suae suorumque Praelatorum et Baronum  
 consilio, remunerari volens, via permutationis  
 quandam possessionem suam regalem Karad vocatam  
 simul cum villis ad eandem rite spectantibus,  
 videlicet Lötves, item Zhytherv, Bar, Kér,  
 Zhardy, Rehy, Fejérgyház, Képel, Zelky, Cypk,  
 Andacs, Egyhazas, Szamar, Licsamand, et Endrea  
 nominatas [sic], in comitatu Symigiensi habitas  
 ipsi claustrum et fratribus in eodem Deo famu-  
 lantibus, cum pertinentiis sub suis veris me-  
 tis et antiquis, de plenitudine suae Regiae po-  
 testatis, novae suae donationis titulo, et omni  
 eo iure, quo eadem rite suae collationi in-  
 buissent, de suis Regiis manibus dedisset et  
 contulisset perpetuo et irrevocabiliter tenendas,

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines across the page.

possidendas, pariter et habendas absque praeiudicio iuris alieni."

(E iudic. Nicolai de Gara Palatini A. 1429. emanatis.

Fejer, tom. X<sup>o</sup> p. 332, n<sup>o</sup> 133-

— 1391 —

Sigismundus Rex Hungariae de possessione Karid cum cum pertinentiis, in comitatu Simighi. Claustro carthusiengium S. Michaelis Archangeli de Leveld, in permutationem possessionis Barbach etc. sine contradictione statuta, testimoniales edit. A. 1391.

Litterarum domini nostri Sigismundi regis privilegialium, anno Domini MCCCXCI, decimo Kal mensis Maii, regni autem sui anno V., sub priori duplici maiori suo sigillo annulato emanatarum, continentium in se seriem duarum Litterarum, unius eiusdem domini nostri regis patrum, cambialium, Budae feria quinta proxima ante dominicam Lactare Anno Domini MCCCXC, et alterius vestrae (Ecclesiae Veszprimiensis) anno in eodem privilegialiter editarum tenor declarat, quomodo idem dominus noster Sigismundus Rex, sana et matura unacum praelatis et baronibus suis deliberatione praehabita, quosdam possessiones claustris B. Michaelis Archangeli de Leveld, Utri, cum lacu similiter Barbach appellato, item Sarkay (Sarkány?) Kiszfalud vocatas, in comitatu Symegiensis et Soproniensis existentes, necnon fluuio Maboza et piscaturis eiusdem ad praedictam possessionem Sarkay pertinentibus, pro sua maiestate placibiles, a claustris B. Michaelis Archangeli de Leveld, necnon priore et

*[The page contains extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the document. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines.]*

fratribus in eodem claustro Deo altissimo conditori  
 iugiter famulantibus cum iure patronatus Ecclē-  
 siae in dicta Barbach existentis, aliisque qui-  
 busvis utilitatum earum integritatibus ad suas  
 regias manus applicasset, praetextu quorum ipse  
 Dominus Rex dictum claustrum, de consensu  
 et beneplacita voluntate dominae Mariae regi-  
 nae consortis suae, suorumque praelatorum,  
 et Baronum consilio, remunerari volens, via  
 permutationis quandam possessionem suam regalem  
 Kaarad vocatam simul cum villis ad eandem  
 rite spectantibus, videlicet Eolves et alia Eol-  
 ves, item Zhyther, Bar, Ker, Zhardy, Rehi,  
 Feheregyhar, Kepes Zhelky, Caph, Andacs, Eyy-  
 hazas Szamard, Lichamard, et Endred nomi-  
 natas, in comitatu Symegensi habitas, ipsi  
 claustro et fratribus in eodem Domino famulantibus,  
 in aeternam elemosinam, cum omnibus earum utili-  
 tatibus et pertinentiis, sub suis veris metis et an-  
 tiquis, de plenitudine suae Regiae potestatis, no-  
 vae suae donationis titulo, et omni eo iure, quo  
 eadem rite suae incubuissent collationi, de  
 suis regis manibus dedisset et contulisset per-  
 petuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas, pari-  
 ter et habendas absque praepiudicio iuris alieni.  
 Regi itaque et vestri homines, literis in eisdem  
 nominati ad facies dictarum praescriptarum pos-  
 sessionum Karad, Eolves, ac alterius Eolves, Rhö-  
 theus, Bar, Ker, Bard, Czely (sic) Beherhar (sic)  
 Chepel (?) Zhelky, Kumph Eyyhazas Szamard,  
 Lichsamard et Endred vocatarum, vicinis et

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines across the page.

cometaneis ipsarum universis inibi legitime convo-  
catis, accedendo, praefatum Priorem memorati  
claustrum B. Michaelis Archangeli de Leuveld, et  
fratres Carthusienses claustrum in eodem Deo famu-  
lantes, in dominium possessionum earundem in-  
troducissent, easdemque eidem priori et fratribus  
antedictis, Salvis Ecclesiae vestrae, et vestris et  
aliorum iuribus possessionariis in eisdem remanen-  
tibus, nullo contradictore apparente, statuissent."

Sequentia quia  
ab eodem n.º 133,  
in textu sunt,  
describenda per  
vi.  
H.

{ E sententia iudiciali Nicolai Gara Palatini anno 1429,  
emanata in archivo Posonien. Capituli existente.

Protestatio Andreae dicti Gyöpös de his Heres-  
tény rationes metarum coram Georgio filio Petö, de  
Gerse, vicecomite et quatuor Iudicum [sic] comitatus  
Barsiensis interposita. A. MCCCXCI.

(E chartario familiae Gyepes.


Fejer, tom. X<sup>7</sup> p. 148, n.º 42 — — 1429 —

{ Nicolaus de Gara Palatinus longævam ac per-  
plexam litem circa iura possessorum villae  
Belky Comitatus Temegetensis decidit. A. 1429 -

Amicis suis reverendis Capitulo Ecclesiae  
Wesprimien. Nicolaus de Gara regni Hungariae  
Palatinus et Iudex Cumanorum, amicis iam pa-  
ratam cum honore: Noveritis quod cum in-  
ter capitulum Ecclesiae Alben. ab una, item  
religiosos viros Fratres Priorem et conventum  
de Leuveld, [ab] altera [partibus], super facto  
rectificationis iurium praescriptarum Ecclesiarum  
Alben., et de Leuveld, in possessione Belky,  
Comitatus Tymigh. habitarum, adversus Magistros

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and is mostly obscured by noise and low contrast.


Bartholomaeum, Emericum et Ladislaum, filios Ladis-  
 lai Bani de Gordova, litij materia suscitata,  
 diutiusque ventilata, et ultimatum ad octa-  
 vas festi Epiphaniarum Domini, in anno eiydem  
 MCCCXXIX, praeteritas deducta extitisset, ipsis  
 denique octavis occurrentibus magister Haias de,  
 canus et canonicus pro dicto capitulo cum procu-  
 ratoris litteris eiusdem, item Petrus de Echir pro  
 fratre Augustino priore et dicto conventu de  
 Leveld cum procuratoris litteris eorundem,  
 praeterea Demetrius literatus, civis Pestiensis,  
 pro religiosi Dominabus sanctimonialibus de  
 Insula teporum cum procuratoris litteris earum,  
 exurgendo, ipsasque sanctimoniales in dicta  
 Zelky certa iura habere recitando, et ipsos  
 praesenti liti intromittendo, praesentibus prae-  
 fato Emerico personaliter astante, nec non Pau-  
 lo Bekeni legitimo procuratore dictorum Bartho-  
 lomaei et Ladislai, in figura nostri iudicii adhae-  
 rendo, primo ipse Haias nomine dicti capituli  
 subiunxerat in hunc modum: quod Ecclesia ipsa  
 Albensis in dicta possessione Zelky certam ha-  
 beret portionem, in cuius dominio praefatum ca-  
 pitulum ex integro non haberetur; nam maior  
 pars huiusmodi portionis capitularis per ipsos filios  
 Ladislai Bani esset occupata et erga eos existeret.  
 Ibidemque idem magister Haias litteras privilegia-  
 les Domini nostri Sigismundi regis anno Domini  
 MCCCXXIX, quarto Kalendarum Decembris, regni autem sui  
 anno tredecimo exortas transcribentes et confirman-  
 tes series aliarum litterarum suarum in Visegrad



duodecimo die octavarum festi Epiphaniarum Domini  
 sine transmutatione anno Domini MCCCXCVI emana-  
 tarum, in quarum serie ordo litterarum domi-  
 ni Andree olim regis, anno Domini cal Incar-  
 nationis MCCXXIX editarum, aurea Bulla consi-  
 quatarum, per Franciscum dictum Vas, legitimum  
 procuratorem Stephani abbatis et conventus S. Marti-  
 ni Sacri Montis Pannoniae coram eodem Domino  
 rege in iudicio exhibitarum habebatur, demonstra-  
 rat, in quarum quidem litterarum ipsius domini  
 Andree regis tenore iura dictae Ecclesiae  
 Alben, modo litteris in eisdem denotato, expli-  
 carentur, inter alia talis clausula reperieba-  
 tur: in villa Belky, quam haberet Ecclesia  
 ex donatione Sancti regis, viginti septem mar-  
 siones, exceptis parvulis et juvenibus; terram  
 ad quatuor aratra, foenetum viginti iugerum,  
 vineas sexaginta cultas, et incultas quadra-  
 ginta, sylvam quasi sexaginta quinque iugerum.  
 Tandem vero praefatus procurator dictarum  
 Dominarum Sanctimonialium pro declaratione iurium  
 earundem Sanctimonialium quatuor litteras demonstra-  
 rat, quarum prima domini Stephani regis, filii  
 Belae, quarti olim regis, sub duplici suo sigillo,  
 anno ab Incarnatione Domini MCLXX, regni au-  
 tem sui anno primo, privilegialiter emanata  
 demonstrat, quod ipse Stephanus rex possessio-  
 nem Belky vocatam in Simigio, eatenus quate-  
 nus domina Regina mater sua cum omnibus suis  
 utilitatibus, servis, viris, ancillis, vineis, foenetis  
 et alijs pertinentijs ad eandem spectantibus, sine

*[The page contains extremely faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines.]*

praedicto iuris alieni, ob reverentiam virginis glo-  
 riosae Monasterio de Insula in sustentationem soro-  
 rum in eodem Mon.<sup>o</sup> Deo iugiter famulantium in  
 perpetuam elemosynam contulisset et tradidisset,  
 perpetuo et irrevocabiliter possidendam. Secunda ve-  
 ro ipsarum conventus Cruciferorum de Alba,  
 anno Domini MCLXXI<sup>o</sup>, tertio Kal. Aprilis privilegia-  
 liter confecta manifestabat, quod Catho filius eius,  
 unus ex numero Uderoricorum regalium de  
 Chelky, ut dixisset haeredum carens solatio, co-  
 ram dicto conventu Cruciferorum de Alba constitu-  
 tus, tres partes cuiusdam vineae Uri vocatae,  
 in septem iugeribus adiacentis, et duodecim iuge-  
 ra terrarum suarum pinguium, iure empticio  
 possessorum cum duabus partibus foeneticorum, quae  
 essent in territorio dictae villae Chelky, ob reme-  
 dium animae suae, confessus fuisset, se in elee-  
 mosynam perpetuam contulisse Monasterio de Insula  
 sanctae Mariae et sororibus Deo famulantibus in  
 eodem. Quartam vero partem vineae idem Catho,  
 vendidisset ipsis sororibus in perpetuum pro quin-  
 que maris argenti; quae quidem vinea iaceret  
 versus villam Chepel; terrarum vero praedicta-  
 rum duo iugera existerent iuxta fundum Ec-  
 clesiae earundem sororum, et tria iugera pro-  
 tenderentur ad molendinum Magistri Alba, sub  
 quibus haberetur una particula foeneti memo-  
 rati, cuius longitudinem [sic] aequipararet longi-  
 tudini eorum trium iugerum terrae, latitudo  
 vero usque ad meatum seu cursum aquae proken-  
 deretur. Item duo iugera adessent in loco Monyros



vocato, item duo iugera ad locum sessionalem Bar-  
 tholomaei in villa Berki protenderetur [sic]. Item  
 duo iugera inter duas villas protenderentur.  
 Item duo iugera inter duas vias inter orientem,  
 et occidentem essent protend[entia?], unum vero  
 iugerum esset situm ante Ecclesiam B. Andreae  
 Apostoli, alia vero particula foeneti iaceret  
 inter foenetum Weythes ab una parte, et in-  
 ter foenetum Myt, filii Myt de Koraznya,  
 ex altera. Tertia vero earum domini Ladislai  
 regis, filii ipsius Stephani regis anno Domini  
 MCCLXXX, regni autem sui anno octavo ema-  
 nata denotarat, quod ipse Ladislaus rex, ad  
 petitionem dominae Elisabeth sororis suae charissi-  
 mae, in monasterio sanctae Mariae Virginis de  
 Insula Deo iugiter famulantis, quosdam Uduarni-  
 cos suos, viros Bimothem cum tribus filiis suis,  
 ac Petrum cum duobus filiis suis, item Weythes  
 cum duobus fratribus suis, item villam Belky  
 in comitatu Simigiensi existentem, cum terris, vi-  
 neis, omnibusque alijs iuribus eorundem, in dicta  
 villa Belky existentibus, sub eadem conditione  
 in qua sibi et primogenitoribus [sic] suis servire  
 tenebantur, dictae dominae Elisabeth sorori suae  
 in monasterio praedicto perpetuo et irrevocabili-  
 ter possidend. dedit et donasset, quos qui-  
 dem Uduornicos [sic] cum terris, vineis, et alijs  
 quibusvis eorum iuribus in dicta Belky existi-  
 bus, convocatis comitanis et vicinis per Nicolaum  
 Oroz hominem suum, et testimonium conventus  
 Symegiensis dictae dominae Elisabeth sorori suae,

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible due to the high contrast of the scan. It appears to be organized into several paragraphs or sections, but the specific words and sentences cannot be discerned.

nullo contradictore apparente, statui fecisset. Quar-  
ta vero et ultima earundem Nicolai filii Geleti  
Palatini, quinto die congregationis suae generalis  
universitati Nobilium Comitatus Simeghiensis feria  
secunda proxima post quindenas B. Georgii Martyris  
anno Domini MCCCXLIX celebratae emanata  
continebat, quomodo Nicolaus filius Regidii,  
officialis ipsarum dominarum Sanctimonialium, de  
medo aliorum exurgendo exhibuisset ipsi domi-  
no Palatino dictas duas litteras privilegiales  
dicorum Stephani et Ladislai regum, asserendo,  
idem procurator, quomodo ipsa possessio, seu  
terra Belky per manus alienas fuisset occu-  
pata, et ideo eandem vellet recaptivare  
et reambulare. Homines itaque regius praefati  
Palatini et annotati Capituli Albensis ad faciem  
ipsius possessionis Belky accessissent, et cum  
iuxta continentias ipsarum duarum litterarum  
Stephani et Ladislai regum, salvis iuribus  
alienis, dictis dominabus perpetuo possidendam  
statuere voluissent, nullis alijs contradicentibus,  
Magister Cheke magnus comes Udvornicorum  
regalium contradixisset; populi autem in facie  
dictae possessionis Belky commorantes, eandem  
dictis religionis dominabus attribuissent, et earum  
fuisse et esse, nisi pro tunc ad comitem Udvor-  
nicorum causa protectionis subiectas fuisse indi-  
cassent. Praemissarum itaque litterarum exhi-  
bitionibus factis procurator annotatorum Prioris  
et conventus, item Capituli, et Sanctimonialium  
eisdem ex parte ipsorum filiorum Ladislai Bani

The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions. It emphasizes that every entry should be clearly documented and supported by appropriate evidence. This ensures transparency and accountability in the financial process.

Furthermore, it is noted that regular audits are essential to verify the accuracy of the records. These audits should be conducted by independent parties to avoid any potential conflicts of interest. The findings of these audits should be reported back to the relevant authorities for their review and action.

In addition, the document highlights the need for clear communication between all parties involved. Any discrepancies or questions should be addressed promptly to prevent misunderstandings. This collaborative approach is crucial for the smooth operation of the organization.


Finally, it is stressed that all financial activities must comply with the applicable laws and regulations. Staying up-to-date with these requirements is the responsibility of the management. Failure to do so could result in severe legal consequences for the organization.

in praemissis iudicium fieri postulant, quia  
 idem Emericus filius Ladislai Bani, procurator  
 que annotatorum Bartholomaei et Ladislai fratrum  
 ipsius Emerici, exceptis ipsis, in dicta possessione  
 Belky nonnullos alios, puta Abbates Symeghien-  
 sem et Bykoniensem, Georgium de Balvanus,  
 Franciscum filium Nicolai, filii Thomae de Ne-  
 sa, Nicolaum filium de Cheu, item Nicolaum,  
 Ladislaum et Stephanum, filios Stephani filii Fauch,  
 portiones competentes conservare et absque in-  
 teressentia eorum ad praemissa respondere non  
 posse recitarent; pro eo, cum nos eosdem  
 abbates Georgium et Franciscum, Nicolaum, et  
 alterum Nicolaum, Ladislaum et Stephanum,  
 penes ipsos filios Ladislai Bani fecissemus  
 evocare, multiplicibus litium processibus et  
 cavillationibus hinc et inde inventis, pertran-  
 sitis, per praefatos Georgium de Balvanus, et  
 abbatem Symeghensem, eo quod ipsis in dicta  
 Belky penitus nihil iuris habere potuissent,  
 de praesenti lite emittissemus, dicto autem Fran-  
 cisco filio Nicolai, filii Thomae de Nesa dece-  
 dente, contra Birnotheum fratrem eiusdem car-  
 nalem et memoratum Nicolaum filium Andrae  
 de Cheu termini et [sic] legitimi fuissent com-  
 pleti, suprascripti etiam Nicolaus et Ladislaus  
 filii Stephani Fauch mortui exhibitissent; ean-  
 dem frater Joannes, pro Demetrio abbate Byko-  
 niensi, Georgius vero de Chard, pro priore  
 et conventu de Lerveld cum procuratorij litte-  
 ry eorundem in figura iudicii nostri adhaeren-

Bykoniensium)

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible due to the high contrast of the scan. It appears to be organized into several paragraphs or sections, but the specific content cannot be discerned.

12  
ipsasque Ecclesias Thikoniensem et de Leweld in  
ipsa certa iura habere recitantes, primo idem  
frater Joannes in persona domini Demetrii  
abbatis, tres litteras praesentavit, quarum pri-  
ma domini Andreae regis Hungariae anno  
MCCXI, regni autem sui anno septimo suborta,  
iura dictae Ecclesiae Thikonienensis, eidem Ecclesiae  
collata explicando inter alia talem clausulam  
continebat: In villa Belky sunt isti Virito-  
rum Ecclesiae filii, Sed, Elky cum filio suo  
Chibeo frater eius, Nyozony cum filijs suis,  
Peth, Boda, filii Koros, Chromod cum filio,  
Mathia fratre eiusdem, Sumpreo filio suo,  
Miko filio Ivan, Chomoslo cum filio suo,  
Hlenche filius Monchi, Fokas filius Mike, Geor-  
gus cum filijs suis Nyemes, Sijore, Michal  
cum filio suo Michal. Secunda autem ipsarum  
dicti conventus Cruciferorum de Alba, secunda  
die festi B. Regis Stephani Anno Domini MCC-  
LXXXIV patenter confecta declarabat, quod reli-  
giosus vir frater Gregorius, <sup>abbas</sup> Thikonienensis ab una,  
parte vero ex altera magister Stephanus et  
Franch filii Pauli filii Franch de Beren per-  
sonaliter coram ipso conventu constituti,  
idem dominus Georgius abbas confessus fuisset,  
quod ipse quasdam portiones possessionarias  
in possessione Belky vocata habitas, monaste-  
rii sui, cum omnibus suis utilitatibus, videlicet  
territorio montis vinearum, terris arabilibus, syl-  
vis, pratis, et alijs quibuslibet pertinentijs, ad  
ipsas portiones possessionarias spectantibus, sub



fendo seu censu annuali praefatis magistris  
 Stephano et Frank taliter collocasset, quod ipsi  
 annuatim semper in festo S. Michaelis Archangeli  
 sibi et suis successoribus sex florenos, singulos  
 eorum centum denarij computando, dare et sol-  
 vere in praedicto suo monasterio tenerentur,  
 Qui quidem eisdem filijs Pauli facta solutione  
 litteras suas expeditorias sub suo sigillo, sub  
 conditione litteris in eisdem declarata, dare  
 deberet tali vinculo interiecto, ut si in duobus  
 annis non solverit, tunc in dupplo dictae  
 pecuniae convinceretur, ipsasque portiones dicto  
 Abbati resignarent [sic]. Tertia vero et ultima  
 ipsarum nostra patens littera in Belky, in festo  
 Beatorum Simonis et Iudae apostolorum, anno  
 MCDXIII edita decantarat, quod dominus frater  
 Demetrius abbas Ecclesiae Bykoniensis ab una,  
 parte vero ex altera Ladislaus et Nicolaus  
 filii Stephani, filii Frank, de Gordava, onus  
 Stephani fratris eorum carnalis in negotio sub-  
 scripto in se recipiendo, coram nobis constituti,  
 confessi extitissent eo modo: quod licet inter  
 ipsos praetextu non solutionis pecuniarum feu-  
 dalium, quam ipsi filii Stephani, filii Frank,  
 ratione feudalis conservationis portiones posses-  
 sionariae praedictae Ecclesiae Bykoniensis in  
 possessione de Belky in comitatu Symegiensi  
 existente, abbatibus praedecessoribus et eidem Abba-  
 ti a multis temporibus retroactis, iuxta continen-  
 tias litterarum Conventus Symegiensis feudali-  
 um facere debuisset, lis mota et ad tertiam forensam

The first part of the book is devoted to a general  
 introduction of the subject. It is divided into  
 three chapters. The first chapter is on the  
 history of the subject. The second chapter is on  
 the principles of the subject. The third chapter is  
 on the practice of the subject. The second part  
 of the book is devoted to a detailed treatment  
 of the subject. It is divided into ten chapters.  
 The first chapter is on the theory of the subject.  
 The second chapter is on the practice of the subject.  
 The third chapter is on the history of the subject.  
 The fourth chapter is on the principles of the subject.  
 The fifth chapter is on the practice of the subject.  
 The sixth chapter is on the theory of the subject.  
 The seventh chapter is on the practice of the subject.  
 The eighth chapter is on the history of the subject.  
 The ninth chapter is on the principles of the subject.  
 The tenth chapter is on the practice of the subject.

proclamationem deducta fuisset, in ipsaque litis executione iidem filii Stephani in nonnullis iudiciorum gravaminibus contra ipsum Abbatem innotati extitissent, tamen ex compositionibus proborum virorum taliter concordassent, quod ipse Demetrius Abbas totam illam summam pecuniae, quam ipsi filii Franchi protextu dictae feudalis conservationis dictae possessionariae portionis dicto abbati solvere debuissent, et etiam cuncta gravamina iudiciorum in processu praedictae litis in ipsos filios Franchi aggregata, eidem solum in XXIV florenis currentis monetae indulgisset, praedictam autem portionem possessionariam dictae Ecclesiae Thikonensis in dicta Theltay habitam dictis filiis Stephani pro quatuor florenis ab eisdem rehabitis, per unius anni revolutionem in feudum collocasset. Demum autem annotatus Procurator memorati prioris et conventus duas litteras nobis demonstravit, quarum prima domini nostri Sigismundi regis privilegiali, duplici maiori suo sigillo consignata, anno Domini MCCCVI,° quartodecimo Kal. mensis Aprilis, regni autem sui anno XVIII edita, habens in se confirmative continentiam aliarum litterarum eiusdem domini nostri Sigismundi regis privilegialium anno Domini MCCCXCI, decimo Kal. mensis Maii, regni autem sui anno V, sub priori duplici maiore suo sigillo annullato [sic] emanatarum, continentiam in se seriem duarum litterarum, unius eiusdem domini nostri regis patentium cambialium Budae feria quinta proxima ante


extus: 10



Dominicanam Lactore, anno Domini MCCCXC, et alterius  
 vestrae anno in eodem privilegialiter edi-  
 tarum declararat, quomodo idem dominus no-  
 ster Sigismundus rex, sana et matura una-  
 cum Praelatis et Baronibus suis de liberatione  
 praehabita, quasdam possessiones claustrum B. Mi-  
 chaelis Archangeli de Leuveld, Barbach, Uri, cum  
 lacu similiter Barbach appellato, item Sarkany,  
 Kisfalud vocatas, in comitatu Simegiensi et Sopro-  
 niensi existentes, nec non fluuium Habera, et pesca-  
 turis eiusdem, ad praedictam possessionem Sarkany  
 pertinentes, pro sua maiestate placibiles, a clau-  
 stro B. Michaelis Archangeli de Leuveld, nec non  
 priore et fratribus in eodem claustrum Deo altissimo  
 conditori iugiter famulantibus, cum iure patrona-  
 tus Ecclesiae in dicta Barbach existentis, aliis-  
 que quibusvis utilitatibus earum integritatibus  
 ad suas regias manus applicasset, praetextu  
 quorum ipse dominus Rex dictum claustrum,  
 de consensu et beneplacita voluntate dominae  
 Mariae reginae consortis suae, suorumque Prae-  
 latorum, et Baronum consilio, remunerari volens,  
 via permutationis quamdam possessionem suam  
 regalem Karad vocatam, simul cum villis ad  
 eandem rite spectantibus, videlicet Eötves, et  
 alia Eötves, item Thyteo, Bar, Ker, Ehardy,  
 Feheregyharz Kepes, Belky, Cypk, Andacs,  
 Egyharos Tramard, Liesamard, et Endred no-  
 minatas, in comitatu Simegiensi habitas, ipsi clau-  
 stro et fratribus in eodem Domino famulantibus,  
 in aeternam elemosynam, cum omnibus earum


Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is extremely faint and illegible due to the high contrast of the scan. It appears to be a continuous block of text, possibly a letter or a journal entry, covering most of the page area.

utilitatibus et pertinentiis, sub suis veris metis et artibus, de plenitudine suae regiae potestatis, novae suae donationis titulo et omni eo iure, quo eadem <sup>rite</sup> suae collationi incubuissent, de suis regis manibus dedisset et contulisset, perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas, pariter et habendas, absque praecudicio iuris alieni. Regi itaque et vestri homines litteris in eis nominati ad facies praescriptarum possessionum Karad, et Eotves, ac alias Eotves, Bhyten, Bar, Ker, Card, Cheby, Feherkaz, Kepses, Belky, Kumpk, Audocki, Egyharos, Szamard, Liksamard, et Endred vocatarum, vicinis et commetaneis ipsarum universis in ibi legitime convocatis, accedendo, praefatum priorem memorati claustris S. Michaelis Archangelus de Leveld et fratres Carthusienses claustro in eodem Deo famulantes, in dominium possessionum earundem introduxissent, easdemque eidem priori et fratribus antedictis, salvo Ecclesiae et vestris et aliorum iuribus possessionariis, in eisdem remanentibus, nullo contradictore apparente, statuissent. Quam quidem concambialem permutationem et statationem possessionum ipse dominus Rex noster praefatae Ecclesiae de Leveld virtute dicti sui privilegii confirmasset. Secunda vero ipsarum Detrici de Pelseti praedicti, similiter Palabini, privilegialis, ad Wissegrad secunda die tricesimi octavi diei octavarum festi S. Martyris Georgii anno Domini MCCCXCVIII suborta habens in se series et continentias duarum litterarum, unius Leustachy <sup>Dies</sup>




Palatini compositionalis, XX<sup>o</sup> die congregationis suae  
 generalis, universitati Nobilium Comitatus Symi-  
 giensis, feria quinta proxima post Dominicam  
 Reminiscere anno Domini MCCCXCVII prope civi-  
 tatem Somogyvar celebratae, et alterius Conven-  
 tus Simegiensis XII<sup>o</sup> die festi S. Georgii Martyris  
 anno in eodem emanatarum declaravit: quod  
 religioso viro domino fratre Petro priore Ecclē-  
 siae S. Michaelis de Levveld ab una, item ma-  
 gistro Ladislao, filio Ladislai de Gordova, parte  
 ab altera, coram ipso Leustachio Palatino consti-  
 tutis, per eodem confessum exhibitisset, quomodo  
 ipsi in facto cuiusdam particulae terrae ac vinea-  
 rum, sylvarum, molendinorum ac pratorum inter  
 possessiones ipsorum, utrasque Belky vocatas, in  
 lite existentium, in quarum scilicet facto ipse  
 frater Petrus prior adversus ipsam Ladislauum  
 filium Ladislai, in dicta congregatione Leustachy  
 Palatini litem movere intendisset, taliter con-  
 cordasset, quod idem prior quinque Tobbagyones  
 suos in possessione Chepes, annotatus etiam ma-  
 gister Ladislaus similiter quinque Tobbagyones  
 in dicta possessione Belky residentes, seniores et  
 protiores, ad faciem praedictae particulae terrae  
 litigiosae inter possessiones utrasque Belky vo-  
 cabas, praesentibus hominibus ipsius Leustachy  
 Palatini, necnon testimonij praescripti conventus  
 Simegiensis, adducere debuerint eo modo, ut ipsi  
 decem Tobbagyones ad sancta Evangelia Dei eorum  
 iuramenta deponendo, praedictam terrae particu-  
 lam litigiosam, nec non vineas, sylvam, molendina

ut: utraque



prout, inter praedictas possessiones partium litigiose  
 adiacentium, praeviderent [sic], et circumquaque  
 reambularent, et ad cuius partis possessionem ea-  
 dem in toto vel in parte pertinuisse et pertinere  
 debere dicerent, id pars occupans parti iura-  
 riam patienti sine omni mora et occasione  
 remittere deberet, contradictione alterius partis  
 non obstante, isto inserto, et per ipsum ma-  
 gistrum Ladislaum assumto, ut si ipse magister  
 Ladislaus dictos quinque Tobagiones suos ad faciem  
 praedictae terrae litigiosae pro prosecutione praee-  
 missorum adducere non curaret, extunc quidem  
 quinque Tobagiones ipsius prioris, secundum eo-  
 rum iuramenta, non obstante prohibitione et  
 absentia memorati magistri Ladislai vel sui pro-  
 curatoris, praemissa suo modo perficerent, alij  
 etiam articulis litteris in eisdem declaratis. Ipse  
 igitur conventus ad praemissa perficienda una  
 cum Joanne filio Nicolai de Ungk, homine Pa-  
 latini, religiosum virum fratrem Thomam pres-  
 biterum, priorem, pro parte praenotati Prioris  
 de Leveld, pro testimonio destinasset, qui rever-  
 si retulissent, quod ipsi ad facies praedictarum  
 particularae terrae, et vinearum, sylvarum et  
 molendinorum ac pratorum litigiosorum accessis-  
 sent, habitaque prius legitima reambulatione  
 eorum, quinque Tobagiones eiusdem domini prio-  
 ris seniores et potiores in possessione eorum  
 hepes residentes, per praefatum dominum priorem  
 de Leveld adductos, ad sancta Dei Evangelia in  
 facie dictae possessionis belky curare fecissent,

Mag. Ladislaum



qui demum iuxta ipsius Prioris et conventus de  
 Leveld testimonia ostendissent, quod primo a  
 parte villae Chepel, per quamdam vallem Erdö  
 Völgy dictam versus partem septentrionalem  
 procedendo pervenissent ad unam viam magnam  
 quae exiret de dicta Belky, et iret ad villas  
 Rad et Viz, per quam viam ascendendo ver-  
 sus partem occidentalem usque ad terram quae  
 vocatur Altalves, ubi dixissent dicti quinque  
 Tobagyones praefatorum Prioris et conventus, quod  
 a dicta valle Erdö Völgy usque ad metas pos-  
 sessionum Rad et Viz [sic] versus partem  
 meridionalem, tota terra cum vineis, sylvis,  
 terris arabilibus cultis et incultis esset eorum-  
 dem Prioris et conventus de Leveld, quae par-  
 tem perbineret ad portiones possessionarias memo-  
 rati Prioris et conventus in dictis possessionibus  
 Chepel, et Belky habitas; Deinde versus partem  
 septentrionalem declinando per terras arabiles  
 attingeret ad tres vias, quarum una transiret  
 ad saepeditam villam Viz, alia ad villam Zemes,  
 et tertia ad memoratam villam Rad, ubi di-  
 xissent iidem quinque Tobagyones, quod comme-  
 tati dictorum prioris et conventus essent ibi  
 Stephanus filius Leukus de dicta Zemes, et Nico-  
 laus filius Thomae de Neza, deinde declinan-  
 do versus meridiem pervenissent ad montem vi-  
 nearum vulgo Apathyfeó vocatum, per quem  
 per bonum spatium eundo, et ad eandem viam  
 cadendo quae exiret de dicta Belky, iuxta prae-  
 dictam vallem Erdö Völgy [sic], per quam procedendo




versus eandem villam Belky adiungeretur ad aliam  
 viam versus partem dextram, quae transiret  
 ad villam Narangh, ubi iidem quinque Tobagyones  
 iurati dixissent, quod eadem via usque ad metas  
 ipsius villae Narangh distingueret inter pos-  
 sessionem Belky et Chepel, ab hinc revertendo  
 ad dictam villam Belky, a parte orientali, osten-  
 dissent deserta loca sessionalia pro XXVII Tobag-  
 yonibus sufficientia, et quod eadem loca sessio-  
 nalia fuissent desolata per praedictum Ladislaum  
 filium Ladislai et fratres suos, et ibi in eadem  
 villa Belky demonstrarent duas mansiones Jo-  
 bagyonum et quod iidem Tobagyones cum suis locis  
 sessionalibus essent ipsorum prioris et conventus.  
 Deinde eundo versus orientem unum molendinum  
 super quodam alveo, et ex opposito eiusdem  
 infra saepedictam villam Chepel ostendissent  
 quatuor loca foenilium, ubi communiter consi-  
 derando essent XXII falcastra, ab hinc penes  
 ipsum alveum procedendo pertingeret ad unam  
 viam quae exiret de saepedicta villa Belky,  
 ubi eadem via duplicaretur, quarum una trans-  
 iret ad villam Narangh, et alia de Chepel,  
 inter quas duas vias dixissent, quod semper et  
 ab antiquo omnes terrae arabiles cultae et  
 incultae fuissent Tobagyonum domini regis, et  
 iam Prioris et conventus de Leveld praedictorum,  
 et ibi finivissent. Quibus exhibitis Paulus de  
 Kiskomar, Gallus de Berend, Joannes de Mikola,  
 et Georgius literatus, procuratores annuorum  
 Bartholomaei et Emerici, Ladislai et Stephani,




allegabant eo modo, quod eidem Bartholomaeus, Emericus, Ladistaus et Stephanus, in eadem possessione Belky certas haberent portiones ipsos iure hereditario et etiam acquisitivo concernentes, quarum quidem litterarum per partes praenarratas modo praevio productarum exhibitionibus factis, ipso Procuratore dictorum filiorum Franch, pro defensione eorum iurium nullum penitus instrumentum producente, quia iura dictarum Ecclesiarum ipsas, ipsas [sic] in dicta Belky concernent, eidem Ecclesie extradare debuerunt. Pro eo cum nos vobis scribendo dicta iura ipsi Ecclesie nostrum et vestrum homines octavo die festi Epiphaniarum Domini anno eiusdem MCCCXXVI praeterito extradare commissemus, et harum seriem ad octavas eiusdem festi Epiphaniarum Domini per vos nobis rescribere promissemus [sic], et ab iisdem octavis discussione reportata seriei praemissorum partes inter praedictas iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum ventilata, simul cum iudicij CXL marcarum duplicatarum, per praefatum abbatem Bykoniensem nobis et parti adversae, praeterea iudicij CCLXXIII marcarum, ac CCLXXVI denariorum duplicatarum [sic], per ipsum Ladislaum Franch, item iudicij LXXII marcarum CCLXXVI denariorum, per praefatum Emericum, Nicolaum, iudicij XXXVI denariorum duplicatarum, cum dupplo duplicato et sub poena duppli, per ipsum Stephanum filium Stephani parti adversae persolvendis, ad praesentes


Belky & commiserunt



octavas festi Epiphaniarum Domini deducta fuisset,  
 denique ipsis octavis instantibus Demetrio Lite-  
 rato pro annotatis abbate et Conventu de Byko-  
 nio, cum procuratorijs litteris eorum, item Paulij  
 Decanus, <sup>[sic]</sup> pro annotato capitulo Albeni cum pro-  
 curatorijs litteris eiusdem, Joanneque Literato  
 pro praescriptis dominabus Sanctimonialibus cum  
 procuratorijs litteris earundem, item Joanne de  
 Mikola pro annotatis filijs Francky cum pro-  
 curatorijs litteris conventus Simigiensis, caete-  
 rum Mathia Literato pro praefatis priore et  
 conventu de Lerveld cum procuratorijs litteris  
 eorum in figura nostri iudicii adhaerentibus,  
 litteras vestras supra praemissis relative  
 subortas, praemissam nostram iudiciariam com-  
 missionem per factum annotatorum Bartholo-  
 maei et Emerici, eo quod ipsi inibi mensurare  
 non permittendo ipsos nostrum et vestrum ho-  
 mines abinde manu violenta repulissent, mini-  
 me perfecta fuisse denotantes, nobis prae-  
 sentantibus, cum nos partes praedictas ad exe-  
 cutionem praemissorum vice iterata transmit-  
 tere voluissemus, itidem dominus Ladislaus  
 de Chetueh, gubernator cruciferatus Ecclesiae  
 S. Stephani regis de Strigonio, exurgens respon-  
 dit tali modo: quod ipsa Ecclesia R. Regis Ste-  
 phani de Strigonio in praescripta possessione  
 Belky certam haberet portionem, quare se  
 praesenti causae introumittere, et dicta iura  
 pro ipsa Ecclesia vellet rectificare. Nobis itaque  
 ipsum gubernatorem dictae liti se introumittere




posse agnoscentibus, ibidem ipse gubernator  
 primo duas litteras nobis demonstravit, qua-  
 rum prima domini Belae olim regis Hunga-  
 riae, anno ab incarnatione Domini MCXCIV,  
 privilegialiter edita declarabat, quod Salaticae  
 filiiu Teconiae, ex confirmatione ipsius Belae,  
 pro remedio animae suae, totam terram in  
 villa Belky, tam videlicet tertiam partem  
 cum fratribus suis sibi pertinere, quam portio-  
 nem haereditatis cum cognatis suis cum  
 contingentem, hospitali domus s. Regis Ste-  
 phani apud Strigonium constituto, perpetuo  
 contulisset possidendam. Secunda vero earum  
 alterius Belae <sup>ti</sup> similiter privilegialiter, anno  
 Dominicae Incarn<sup>is</sup> MCCXXV, tertio idus Aprilis,  
 regni autem sui anno XXX tuborta manifesta-  
 bat: quod frater Laurentius, Magister Andreas,  
 et Henesius, Cruciferi domus hospitalis s. Re-  
 gis de Strigonio, cum Joanne filio Szoch, ex-  
 missoribus [sic] in eisdem litteris consignatis,  
 coram ipso domino Bela rege in causa proce-  
 sissent, quam quidem Bela Rex possessio-  
 nem ipsius Joannis et filiorum suorum Belky  
 vocatam, in comitatu Sumegeiensi [sic] existen-  
 tem, propter damna per ipsum Joannem  
 ipsis Ecclesiis illata, dictae Ecclesiae s. Regis  
 Stephani adiudicasset, reliquissetque dictis Cru-  
 ciferis perpetuo possidere, eidem Joanni et  
 et filiiis suis perpetuum silentium imponendo.  
 Adhuc idem dominus Ladislaus de Chetnek, fra-  
 trem Paulum Magistrum Cruciferorum dictae Ecclesiae




S. Regis Stephani de Strigonio cum Ladislao, Paulo et Joanne, filijs Franck, in facto possessionario in lite processisse, exhibitione duarum litterarum comitis Pauli iudicij curiae Regiae, unius anno Domini MCCCXLI, et alterius anno Domini MCCCXLII confectarum, declaravit, serio se petens ipsis exhibitis, dicta iura ipsius Ecclesiae S. Regis Stephani per nos Ecclesia pro eadem rectificari. Unde licet in praesentis litis longaeva ventilatione annotati Bartholomaeus, Emericus, et Ladislaus, filii Ladislai Franck, item Nicolaus, Ladislaus et Stephanus, filii Stephani Franck, praeterea Franciscus et Bimothens, filii Nicolai, filii Thomae de Nesa, Nicolaus filius Andreae de Chem, Georgius et Balvanus ac abbas Symegiensis, ratione annotatae possessionis Thelky cum praefatis capitulo Ecclesiae Albensis, Abbate Bykoniensi, sanctimonialibus de Insula Leporum, Priore et conventu de Leweld, gubernatoreque cruciferatus Ecclesiae S. Regis Stephani de Strigonio in lite processerint, tanquam ipsi, de iure Ecclesiae praenarratis, pro iurium eorum defensione nullum penitus litterale instrumentum produxerunt, imo contra dictos filios Nicolai, filii Thomae, et Nicolai filium Andreae, termini legitimi completi extiterunt, praefatus etiam Georgius de Balvanus et abbas Symegiensis, eo quod nil iuris et proprietatis in dicta Thelky pro se habere posse, valuerant, ex lite praenotata obmissi sunt:


nos tamen quia?



Quamobrem iura Ecclesiarum praenarratorum se-  
 cundum series praescriptorum litteralium eorum  
 instrumentorum, eis nostro subscripto extra-  
 dari et statui debebant: pro eo vestram ami-  
 citiam praesentibus petimus diligenter, quate-  
 nus vestros mittatis homines, pro partibus,  
 pro testimoniis fide dignos, quibus praesenti-  
 bus Magistri Ladislaus de Alba, vel Lauren-  
 tius de Chitar, sive Clemens Capam de Har-  
 aszt, alius absentibus homo noster, de Curia  
 Regia ad id specialiter deputatus, quinto  
 die festi Paschae Domini nunc venturi  
 et alij diebus ad id aptis, et sufficientibus  
 ad faciem praelibatae possessionis Belekij [sic],  
 convocatis commettaneis et vicinis, procuratori-  
 busque praefatorum Capituli et Sanctimonialium  
 ac conventus de Levveld, item praefatis Guber-  
 natore Cruciferatus, Abbate Bykonienti, prio-  
 reque de Levveld, sive procuratoribus eorum  
 praesentibus, accedendo, portionemque annotatorum  
 Prioris et conventus de Levveld circa manus eo-  
 rum habitam, eis relinquendo, primo ibi in  
 Belky, iuxta donationem S. Stephani Regis  
 annotato Capitulo Albensi XXVII mansiones,  
 non largas, terram ad IV aratra, foene-  
 tum XX iugerum, sylvam quasi LXV iugerum,  
 usualiter, non vero cum regali mensura, in  
 superque vineas LX cultas, et incultas XL,  
 deinde pro praefata Ecclesia Bykonienti se-  
 cundum donationem dicti Andreae regis, Pa-  
 tris Belae regis IV, pro XVII vinitoribus tot




sessiones non largas, quae ad haec commode fieri valebunt, cum terris et alijs utilitatibus, sicut in partibus vinitores utiliores servare et servasse dignoscuntur. Ulterius autem pro dictis sanctimonialibus illam possessionem, seu portionem, quam domina regina mater praefati domini Stephani regis ac idem Stephanus Rex ipsis sanctimonialibus contulisset, praeterea iura praefati Chato filii Viz, videlicet vineam Uri vocatam in VII iugeribus versus villam Chappel iacentem, item duo iugera iuxta fundum Curiae earundem sororum, terrae vero iugera, quae ad molendinum Magistri Aba protenderentur, et ibi unam particulam foeneti, cuius longitudo aequiparetur longitudini eorundem trium iugerum terrae, latitudo vero usque meatum aquae protenderetur. Item duo iugera inter duas vineas, quae protenderentur inter orientem et occidentem, unum vero iugerum ante Ecclesiam B. Andreae Apostoli. Caeterum aliam particulam foeneti inter foenetum Bethsus, ab una, ab alia vero partibus inter foenetum Mith; praeter hoc vero ex donatione praefati Ladislai Regis filii Stephani Regis, tres sessiones udvornicales, cum terris, vineis, et alijs eorum iuribus. Post haec autem pro dicta Ecclesia sancti regis Stephani de Strigonia totam terram annotati Salathielis filii Yeconiae, tam scilicet tertiam partem ipsius villae, quam etiam aliam portionem similiter haereditati per ipsum Salathielem cum cognatis.



suis tentam; item insuper portionem praefati  
 Joannis filii Bugh, et filiorum suorum, prout  
 hoc quomodovis [sic] fieri poterit. Novissime  
 vero, si quid resultaverit, praetaxatis filij Fanch,  
 cura earundem partium a sese semper meta-  
 liter sequestrando et distinguendo, relinquunt et  
 committant in perpetuum tenere et habere, con-  
 tradictione quorumlibet non obstante. Caeterum  
 quia annotati Bartholomaeus et Emericus tempore  
 executionis praemissorum contra praescriptos nostrum  
 et vestrum homines, uti praescribitur, manu  
 violenta insurgendo, eos abinde repulerunt, propter  
 quod ipsa iudiciaria commissio perfici non po-  
 tuit, idcirco ipsos Bartholomaeum et Emericum,  
 contra praefatos Capitulum Ecclesiae Albensis,  
 Sanctimonialibus de Insula Leporum, Abbatem Bi-  
 koniensem, Priorem et Conventum de Leuveld,  
 in una marca auri ad X marcas judiciales  
 taxato [sic] convictos et aggravatos extitisse de-  
 cernentes, commisimus eo modo, ut ipsi eadem  
 X marcas veluti iudicialiter in duabus partibus  
 nobis, in tertia vero parte praefato Capitulo,  
 Sanctimonialibus, Abbati Bikonien-  
 si, Priori et Conventui de Leuveld, in termino reportationis  
 seriei praemissorum persolvere debeant et te-  
 neantur. Quia autem praefatus abbas Bikonien-  
 sis iudicia CCL<sup>tra</sup> marcarum duplicatarum cum dup-  
 plo duplicato nobis et parti adversae, praefa-  
 tus Ladislaus filij Fanch iudicia CCLXXIII mar-  
 carum, ac CCLXVI denariorum duplicatarum cum  
 dupplo, ipse quidem Emericus iudicia LXXII marcarum


Bugh, parti



et CCLXVI marcarum duplicatarum cum dupplo  
 et sub poena duppli duplicati, cum dupplo dup-  
 plicato et sub poena duppli duplicati parti ad-  
 versae, nunc persolvere debendo, non persolve-  
 runt, ideo tempore reportationis seriei prae-  
 missorum, nobis et parti adversae cum dupplo  
 persolvere teneantur. Et post haec ipsius pos-  
 sessionariae divisionis et sequestrationis, meta-  
 rumque erectionis seriem, cum cursibus meta-  
 rum illic erigendarum, ut expediens fuerit,  
 ad octavas festi S. Georgii Martyris nunc ven-  
 turi nobis amicabilem rescribatis.

Datum Budae quinquagesimo sexto die octavarum  
 festi Epiphaniarum Domini praedictarum. An-  
 no eiusdem MCCCXXIX."

Quod nomina personarum et locorum hic in  
 literis hic et ibi variant, nemo nobis succen-  
 seat, cum in ipsis paribus ab archivo came-  
 rali nobis transcriptis varietates occurrant.



7

Handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript. The text is written on lined paper and is mostly illegible due to the high contrast and grain of the scan. It appears to be a continuous block of text, possibly a letter or a page from a book.

Handwritten text in a cursive script, continuing from the previous block. The text is written on lined paper and is mostly illegible due to the high contrast and grain of the scan. It appears to be a continuous block of text, possibly a letter or a page from a book.

Handwritten text in a cursive script, continuing from the previous block. The text is written on lined paper and is mostly illegible due to the high contrast and grain of the scan. It appears to be a continuous block of text, possibly a letter or a page from a book.

Necrologium domus Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Leweld.  
ex chartis Capituli generalis.

- 1369 Obiit D. Michael monachus sacerdos nunc fundacionis in Hungaria, Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis.
- 1378 " D. Michael " et " d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Hungaria qui habet tricenarium  
per totum ordinem (ita et carte Paris-Dei).
- 1383 " Christianissimus Princeps Rex Hungarie Ludovicus habens monachatum per  
tot. ord. etc. obiit pridie nonis sept.
- " D. Stanislaus Prior d<sup>s</sup> Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis.
- 1384 " D. ... Prior Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Lewl in Hungaria.
- 1387 " D. Nicolaus monach<sup>s</sup> et sacer<sup>s</sup> d<sup>s</sup> Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis.
- 1389 " D. Gerardus mon. et sac. d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria hab<sup>s</sup> tricen.
- " " D. Nicolaus ibidem mon. et sac. hab<sup>s</sup> tricen.
- 1390 " D<sup>na</sup> Elisabeth Regina Ungarie habens tricen.
- 1391 " D. Hilbrandus mon. et sac. Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis habens tricen.
- " " D. Petrus mon. et sac. ibidem habens tricen.
- 1394 " D. Theodoricus mon. et profes<sup>s</sup> d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria hab<sup>s</sup> tricen.
- 1395 " D. Theodoricus Prior S<sup>ti</sup> Michaelis in Hungaria habens tricen.
- " " D. Nicolaus monac. et sac. S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria " " " "
- " " D. Johannes Franc monac. et sac. dictae domus " " " "
- " " D. Theodoricus monac. et sac. dictae d<sup>s</sup> habens tricen.
- " " D. Nicolaus " " " " " " " " " "
- " " Fr. Nicolaus conversus d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Hungaria, hab<sup>s</sup> tricen.
- 1400 " D. Joannes senior monac. et sac. d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis habet tricen.
- " " D. Jacobus monac. et sac. d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria " " " "
- 1405 " D. Petrus Prior d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria habens tricen. (ita et nec. vill.)
- 1407 " " D. Nicolaus senior d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria, monac. et sac. habens tricen.
- 1409 " D. Clemens monach. et sac. d<sup>s</sup> Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria " " " "
- " " D. Stephanus " " " " S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria h<sup>s</sup> tric.
- 1410 " D. Joannes Prior S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria hab<sup>s</sup> tricen. (ita et nec. vill. et J.c.)
- 1416 " Fr. Nicolaus diaconus et clericus redditus S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria.

- ch. 1417 obiit D. Jacobus (Jacobinus, J.C.) sac. monac. d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria.
- " 1420 " Fr. Martinus coquinarius d<sup>s</sup> Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis.
- " 1426 " Matthæus de Motis
- " " " et Genitores D. Petri Selani (Selein, J.C.) monachi d<sup>s</sup> in Leweld.
- " 1429 " D. Augustinus monac. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Hungaria.
- " 1431 " D. Albertus de Saxonia monac. d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Hungaria.
- " 1433 " Fr. Bartholomeus clericus redditus S<sup>ti</sup> Michaelis in Hungaria.
- " 1434 " Fr. Ulricus conversus d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Hungaria.
- " " " Fr. Villerigus conversus d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Hungaria (J.C., qui ajoute =  
desunt hic aliqui).
- " 1435 " D. Joannes monach. prof<sup>s</sup> et vicarius d<sup>s</sup> Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Hungaria.
- " " " Nobilis Franciscus de Tigana (Tigana magnus benefactor d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis, J.C.)  
[Il y a aussi une maison de S<sup>ti</sup> Michel à Hull].
- " 1439 " Serenissimus D.D. Jacobus rex Jerusalem, Siciliae et Ungarice, pro quo fuit  
unum tricem. defunctorum per tot. ord.
- " " " D. Joannes Bavarus mon. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> Vallis S. Michaelis in Ungaria.
- " 1440 " D. Petrus de Cips (de Ops) vicarius d<sup>s</sup> Montis S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria, sac.
- " 1441 " D. Joannes de Slesia (Flesia, J.C.) mon. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in  
Ungaria, sac.
- " 1442 " D. Leonardus 1<sup>o</sup> prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> Vallis omnium Sanctorum in Maurbach, olim  
Prior d<sup>s</sup> Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria, et ultimo d<sup>s</sup> Vallis jocosae, sac.
- " " " D. Stephanus mon. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria, et olim  
Prior ejusdem d<sup>s</sup>.
- " 1443 " D. Joannes Polmez (ita, J.C.) mon. prof<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Leweld in Ungaria, sac.
- " 1444 " D. Joannes Merghetarin (Mergentheim; Mergothaym, c. de Luc.; de Im-  
gethaym, J.C.) prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> Throni B. M<sup>ae</sup>, qui fuit Prior in domibus S<sup>tae</sup>  
Trinitatis in Pletrisch et S<sup>ti</sup> Michaelis in Leweld in Ungaria, sac.
- " 1450 " Fr. Thomas conversus d<sup>s</sup> Montis S<sup>ti</sup> Michaelis in Leweld.
- " 1452 " D. Martinus Raw de septem Castris (Vincertius Rodo de sept. cast.  
n. vill. et J.C.) mon. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> S<sup>ti</sup> Michaelis in Leweld, dudum Prior dicti  
d<sup>s</sup> et d<sup>s</sup> Vallis auxilii in Tarkau, sac.

- 1453 abbat D. Paulus mon. prof: d: Vallis auxili, olim Prior d: Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis  
in Ungaria, sac.
- 1456 " D. Silvester mon. prof: 1<sup>o</sup> d: Vallis Omo-Sanct. in Maurbach, ultimo  
d: Vallis S<sup>ti</sup> Michael in Lewld, et Prior in eadem d: de Lewld, sac.
- 1462 " D. Michael, Prior d: Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Lewld, qui alias fuit Prior  
d: Vallis auxili in Tarkan, sac.
- " " Fr. Georgius clericus redditus prof: dicte d: S<sup>ti</sup> Michaelis (Vallis S<sup>ti</sup> Mi-  
chaelis, ~~et~~ s.c.), sac.
- 1464 " D. Johannes mon. senior d: Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Lewld in Ungaria, sac.
- " " Fr. Anthonius con. d: Vallis Michaelis in Ungaria
- 1467 " D. Sigismundus Prior d: Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Ungaria, sac.
- " " Fr. Melchior coners: d: Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Lewld.
- 1468 " D. Johannes Prior d: Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Lewld, sac.
- 1470 " Fr. Mathias (Mathew, s.c.) con. d: Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Lewld.
- 1471 " D. Petrus (P. Vallis, s.c.) monachi prof: d: Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis  
" " D. Raphael } in Lewld, sac.
- " " D. Johannes de Patavia mon. prof: 1<sup>o</sup> dicte d:, ultimo d: Throni  
B. M<sup>o</sup> in Gemico, sac.
- 1473 " Fr. Benedictus con. d: S<sup>ti</sup> Michaelis in Lewld.
- 1474 " Fr. Bernardus clericus redditus prof: d: Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Lewld, sac.
- 1475 " D. Thomas senior monach. d: S<sup>ti</sup> Michaelis in Lewld, qui fuit alias Prior  
d: Vallis auxili supra Tarkan
- " " D. Mathew Fryor de Cluswai procurator dicte d:
- " " D. Jeronimus de Cluswai } prof: dicte d:
- " " D. Felicianus }
- " " D. Demetrius prof: d: Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis Lewld.
- " " D. Gaspar prof: dicte d:
- " " D. Mothias - - -
- " " D. Helias - - -
- " " D. Martinus - d: Vallis S<sup>ti</sup> Michaelis in Lewld.
- " " D. Wolganquus - dicte d: et 1<sup>o</sup> d: in Gemico.

- eh 1475 obit Fr. Joannes clericus redditus profs dictae d<sup>s</sup> Vallis S<sup>t</sup>i Michaelis.
- " " " Fr. Andreas conversus d<sup>s</sup> Vallis S<sup>t</sup>i Michaelis in Leweld.
- " " " Fr. Jeronimus - dictae d<sup>s</sup>.
- " " " Fr. Nicolaus - - - in Leweld.
- " " " Fr. Ladislaus Bagota monitus conversus dictae d<sup>s</sup>.
- " 1476 " D. Marcardus profs 1<sup>o</sup> d<sup>s</sup> in Snabo, 2<sup>o</sup> in Leweld.
- " 1479 " Fr. Thomas convers. d<sup>s</sup> S<sup>t</sup>i Michaelis in Leweld.
- " 1480 " Fr. Ladislaus (Ladislaus, J.C.) conv. 1<sup>o</sup> d<sup>s</sup> in Giris, ultimo d<sup>s</sup> in Leweld.
- " 1481 " Fr. Ladislaus conversus d<sup>s</sup> S<sup>t</sup>i Michaelis in Leweld.
- " 1482 " D. Stephanus profs d<sup>s</sup> Vallis S<sup>t</sup>i Michaelis in Leweld.
- " 1486 " D. Franciscus (Gabriel, J.C.) mon. profs d<sup>s</sup> S<sup>t</sup>i Michaelis in Leweld, sec., qui  
alias fuit Prior d<sup>s</sup> Lapidis refugii et obit 24<sup>o</sup> Martii. (23 Martii, J.C.)
- " " " D. Petrus profs et procurator d<sup>s</sup> in Leweld (J.C.)
- " " " D. Jodocus mon. dictae d<sup>s</sup>, sec.
- " " " Fr. Lucas clericus redditus dictae d<sup>s</sup> (J.C.)
- " 1487 " D. Martinus (Vincentius, J.C.) mon. profs d<sup>s</sup> S<sup>t</sup>i Michaelis in Leweld,  
qui alias fuit Prior d<sup>s</sup> S<sup>t</sup>i Antonii in Ungaria et obit 5<sup>o</sup> Maii, sec.
- " 1488 " Magnificus D.D. Emericus comes epusianensis (Zelusianus, J.C.) La-  
latinus regni Ungariae magnus benefactor ad. ord<sup>s</sup> in Ungaria.
- " " " Fr. Ambrosius conv. d<sup>s</sup> S<sup>t</sup>i Michaelis in Leweld.
- " 1490 " Fr. Joannes conv. profs d<sup>s</sup> S<sup>t</sup>i Michaelis in Leweld (J.C.)
- " 1493 " Dñus Prepositus in Vesca vnda (Vetombeda, J.C.) benefactor d<sup>s</sup>  
S<sup>t</sup>i Michaelis Vilcal (sic). (in Leweld, J.C.)
- " 1496 " Fr. Lucas conv<sup>s</sup> d<sup>s</sup> Vallis S<sup>t</sup>i Michaelis in Leweld (J.C.)
- " 1497 " D. Melchior profs d<sup>s</sup> S<sup>t</sup>i Michaelis in Hul (sic. in Leweld?) hospes  
in nova plantatione in Waradino (J.C.)
- " 1499 " Fr. Georgius conv. profs d<sup>s</sup> S<sup>t</sup>i Michaelis in Leweld (J.C.)
- " 1500 " D. Seraphinus profs d<sup>s</sup> in Leweld, alias Prior d<sup>s</sup> in Tarkas (ob. 15  
Apr. J.C.)
- " 1501 " D. Johannes Uggan (Hungarus, nihil, J.C. et J.C.) mon. d<sup>s</sup> in Flé-  
triach, profs d<sup>s</sup> S<sup>t</sup>i Michaelis in Leweld et obit 13 die, sec.

- ch. 1501 obit D. Gregorius Zay (et J.C.; e.m.) (Zay, m.vill.) mon. profs d<sup>s</sup> S<sup>t</sup>i Michaelis in Leweld qui alius fuit Prior ipsius d<sup>s</sup>, sac.
- " " D. Johannes Chuaden (chanane, e.m.; chauaduenensis, J.C.; chauadrensis, m.vill.) mon. profs ejusdem d<sup>s</sup>, sac.
- " 1502 " R<sup>du</sup>s Pater D. Nicolaus episcopus sebastiensis suffraganeus ecclesie Warediensis magnus benefactor d<sup>s</sup> S<sup>t</sup>i Michaelis Leweld qui habet per tot. ord. plen. monach., scribitur in Kalend. cow. dd. ord<sup>s</sup> sub 22 Martii -
- " " Fr. Thomas } conversi profesi d<sup>s</sup> Vell<sup>s</sup>, S<sup>t</sup>i
- " " Fr. Sebastianus } Michaelis in Leweld.
- " 1504 " D. Nicolaus monac. et vicarius d<sup>s</sup> in Tarkan, profs d<sup>s</sup> in Leweld, sac.
- " 1506 " D. Bartholomeus mon. d<sup>s</sup> in Leweld, sac.
- " " D. Petrus Sclavus (Sclavus, e.g.; Esclavus, m.v. et J.C.) mon. profs d<sup>s</sup> in Tarkan, ultimo d<sup>s</sup> in Leweld, sac.
- " " D. Petrus Conservator (e.g.; Conservator, J.C. et n.v.) mon. d<sup>s</sup> in Leweld, alius Prior d<sup>s</sup> in Tarkan, sac.
- " " Fr. Zimericus Sartor (Ezimericus S., e.g.; Heymericus Serder, m.v.; J.C.) conv. profs d<sup>s</sup> in Leweld.
- " 1507 " D. Benedictus } monachi profesi
- " " D. Albertus } d<sup>s</sup> in Leweld, sacerdotes.
- " " Nobilis D<sup>na</sup> Catherina civisa in Leweld, magna benefactrix d<sup>s</sup> Lepidis refugii (civisa in Leweld magna benef. d<sup>s</sup> in Leweld, e.g.)
- " 1508 " Fr. Albertus Pictor conv. profs d<sup>s</sup> in Leweld.
- " 1509 " D. Franciscus monac. profs d<sup>s</sup> (monac. d<sup>s</sup>, e.g.) in Leweld, sac.
- " 1510 " D. Emericus Prior d<sup>s</sup> in Leweld, alias Prior d<sup>s</sup> in Tarkan, sac.
- " " D. Felix mon. profs d<sup>s</sup> in Leweld, sac.
- " " D. Gabriel mon. dictae d<sup>s</sup> in Leweld, sac.
- " " Magnificus D. Petrus Nehel (Vehel, m.v.; Michel, J.C.) magnus benefactor d<sup>s</sup> in Leweld, habens anniv. fept. per tot. ord. scribendum sub 16<sup>o</sup> Martii -
- " 1511 " D. Matthaeus mortuus monac d<sup>s</sup> in Leweld non promotus.

- ch. 1512 Obiit D. Matthaeus (et c. g.; J. c. f.; Marchus, c. m. s.) monachus monac. in  
Leweld, non promotus.
- " " " D. Michael mon. senior d. s. in Leweld, sac.
- " " " D. Andreas mon. senior d. s. in Leweld, sac.
- " " " Fr. Egidius conu. prof. d. s. in Leweld.
- " " " Georgius Buns (Buns, c. g.),
- " " " et Georgius Quirin (Gyersii, c. g.; Gyersii [ou Gnersii] c. f.; gir-  
leni, n. v.; Gilersii, J. c.),
- " " " et Valentinus Buns (Buns, c. g.; J. c.) benefactores d. s. in Leweld.
- " 1513 " D. Raphael }  
" " " D. Andreas } monachi prof. d. s. in Leweld, sacerdotes.  
" " " D. Jacobus }
- " 1516 " D. Georgius Prior d. s. in Tarkan, qui alius fuit Prior in Leweld.  
habens anniv. perpet. associandum cum 1.º occurrente post diem  
obitus ejus qui fuit 16 dec. et missam de B. M. per tot. ord  
Cplen. monach. in prov.º Alemanise superioris et missam de B. M.  
per tot. ord., n. v.; J. c.; c. g.), sac.
- " " " D. Symon mon. prof. d. s. in Leweld, sac.
- " 1517 " D. Eymericus (Aimericus, J. c.; Aymericus, n. v.) mon. prof. d. s.  
in Leweld, sac.
- " " " Fr. Nicolaus conu. prof. d. s. in Leweld.
- " 1518 " D. Jeronimus mon. prof. d. s. in Leweld, sac.
- " " " Fr. Demetrius conu. prof. d. s. in Leweld coquinarius, qui semper  
laudabiliter vixit in ordine.
- " 1519 " Fr. Sebastianus, conu. prof. d. s. in Leweld.
- " 1522 " Nobilis D. Ladislaus } magni fautores ordinis  
" " " D. Georgius } magni benefactores d. s.  
" " " D. Joannes } in Leweld in Hungaria.
- " " " Nobilis Georgius Boz (Booz, c. f. s.) } benefactores  
" " " Joannes Mathe (Mathe, c. m.; c. f.; Machi, J. c.; } d. s. in  
" " " Machi, n. v.) } Leweld.

- 1524 Obiit D. Martinus senior } monachi prof<sup>i</sup>  
 " " D. Dionisius senior } d<sup>s</sup> in  
 " " D. Joannes } Leweld, sac.  
 " " Fr. Mattheus conv. senior d<sup>s</sup> in Leweld.  
 1527 " D. Gregorius mon. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, hospes in d<sup>o</sup> in Axfach, sac.  
 1528 " D. Joannes mon. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, sac.  
 1529 " D. Stephanus prof<sup>s</sup> et vicarius d<sup>s</sup> in Leweld, alias Prior ibidem, sac.  
 " " D. Martinus mon. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, sac.  
 1530 " D. Simon mon. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, sac.  
 " " Fr. Antonius conv. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld.  
 1531 " D. Benedictus prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, sac.  
 " " Fr. Antonius conv. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld.  
 1532 " Fr. Lucas Bornemissa (Bornimissa, s.c.) conv.-prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld  
 qui 50 annis et ultra laudabiliter vixit in ordine, et tempore  
 incendi<sup>i</sup> d<sup>s</sup> Cartusiae pro elemosinis procurandis multos la-  
 bores sustinuit, et habet per tot. ord. plen. cum psalt. monach.  
 cuius obitus scribatur in Kal. conv. dd. ord<sup>is</sup> sub 5<sup>a</sup> februarii.  
 (Videtur esse iste, ait D. Chauvet, fr. Lucas de quo in charta  
 procedenti qui tot habebat contentiones cum priore dictae d<sup>s</sup>  
 in Leweld) -  
 1532 " Fr. Joannes conv. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld.  
 1533 " D. Bartholomeus } monac<sup>i</sup> prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup>  
 " " D. Paulus } in Leweld, sac.  
 " " Fr. Christophorus clericus redditus d<sup>s</sup> in Leweld.  
 1534 " Ven<sup>dus</sup> D. Thomas (e.g.; n.v. V.D. aronas, c.m. V.D.D. d. Thomas, c.f.)  
 plebanus magnus factor et benefactor d<sup>s</sup> in Leweld, qui habet  
 plen. cum psalt. monach. in prov<sup>a</sup> Alemannie superioris. Scribatur  
 etc... sub die 4<sup>a</sup> octobris, sac.  
 " " Generosa D<sup>na</sup> D<sup>na</sup> Benigna relicta illustris Comit<sup>is</sup> Theme-  
 siensis magna benefactrix d<sup>s</sup> in Leweld, quae obiit 31 oct., et habet  
 plen. cum psalt. monach. in prov<sup>a</sup> Alemannie super<sup>s</sup>. Scribatur etc...

- An. 1535 obiit D. Barnabas mon. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, sac.  
 " 1536 " D. Andreas mon. senior prof<sup>s</sup> 1<sup>o</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, 2<sup>o</sup> d<sup>s</sup> Vallij jo-  
 cosae, sac.  
 " " " D. Eymericus (Emericus, c. u.; Homericus, m. v.; J. C.) benefactor d<sup>s</sup>  
 in Leweld, sac.  
 " 1537 " D. Matthaens Rector et olim Prior d<sup>s</sup> in Leweld ac consis<sup>r</sup> pro<sup>r</sup>  
 Alemannie super<sup>s</sup>, qui habet per tot. ord. plen. cum p<sup>r</sup>sent. monach.,  
 Cujus obitus scribitur in Kal. nov. ad. ord<sup>s</sup> sub 7<sup>a</sup> Decembris.  
 " 1544 " D. Emericius (Eimericus, J. C.; Eymericus, m. v.) mon. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld,  
 2<sup>o</sup> d<sup>s</sup> in Gemnico, sac.  
 " " " D. Hugo mon. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, sac.  
 " 1545 " D. Franciscus mon. prof<sup>s</sup> 1<sup>o</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, 2<sup>o</sup> prof<sup>s</sup> et vicarius d<sup>s</sup>  
 in Gemnico, in quâ obiit 22<sup>a</sup> februarii, sac.  
 " 1547 " D. Michael quondam Prior }  
 " " " D. Bernardus } monachi prof<sup>s</sup>  
 " " " D. Fabianus } d<sup>s</sup> in Leweld,  
 " " " D. Gregorius } sac.  
 " " " D. Thomas }  
 " " " Fr. Joannes Undi (radi, m. v.; J. C.; Endi, c. l.) conr. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld.  
 " " " Fr. Michael Sutor conr. prof<sup>s</sup> ejusdem d<sup>s</sup>.  
 " 1548 " Fr. Joannes conr. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, hospes d<sup>s</sup> in Maurbach.  
 " 1550 " D. Ludovicus mon. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, sac.  
 " 1552 " D. Nicolaus prof<sup>s</sup> et senior d<sup>s</sup> in Leweld.  
 " " " D. Laurentius prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, hospes d<sup>s</sup> in Aspach.  
 " " " D. Georgius prof<sup>s</sup> 1<sup>o</sup> d<sup>s</sup> in Leweld, 2<sup>o</sup> d<sup>s</sup> in Maurbach et vicarius  
 ibidem qui 50 annis et ultra laudabiliter vixit in ordine.  
 " " " D. Demetrius }  
 " " " D. Benedictus } moni. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld.  
 " " " Fr. Benedictus }  
 " " " Fr. Petrus } conr. prof<sup>s</sup> d<sup>s</sup> in Leweld.  
 " " " Fr. Sebastianus }

1553 Abt D. Petrus Prof: et Prior d: in Lewald.

1554 . D. Georgius mon. prof: d: in Lewald, Prior d: in Gyris, sac.

Jan. 1481